



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Philippi Ecclesiae Eystettensis XXXIX. Episcopi. De  
Eiusdem Ecclesiae Divis Tvttelaribvs. S. Richardo. S.  
Willibaldo. S. Wvribaldo. S. Walpurga. Commentarius  
nunc primum evulgatus**

**Philipp <Eichstätt, Bischof>**

**Ingolstadii, 1617**

Cap. XXVIII. De initio miraculorum post trnasitum sancti viri.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70477](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70477)

## CAPVT XXVIII.

*De initio miraculorum post transitum sancti viri.*

**E**st hæc quidam ex discipulis beati VVunnebaldi qui tumbā eius, gratia orationis ac deuotionis, adierunt, cum multo fletu absentiam corporalem tanti patris lamentantes, miraculo narratione digno consolati sunt. Ineffabilē enim dulcissimi odoris suauitatem senserūt, & compulsionem campanarum nulla humana administratione adhibita audierunt. nec non luminaria extincta absque omni humano adminiculo crebro accēdi viderunt. Et hoc initium signorum post transitum S. VVunnebaldi lecturæ nostrę inserere curauimus, vt deuotus lector quam plurima miracula de scriptis S. VValpurgæ Virginis, quæ de ipso fideli relatione commemorat, nec non de propria legenda multa scrutetur. Nam in hoc opusculo, quod rogatu fratrum nostrorum compendij gratia suscepimus, plura enarrare, etsi liceat, ac reuerentia tanti patroni libeat, arbitramur

*Suavis odor ex tumba S. VVunnebaldi.*

*scripsit sancta VValpurga de miraculis sancti VVunnebaldi, quæ lucubratio non existat, nam illa Tomo IV. Canisij non est à S. VValpurga scripta.*

O 2

tamen,

tamen, quod in præfenti legenda non expediat.

## CAPVT XXIX.

*Quod S. VValpurga præfuit Monachis & Monialibus in Heidenhaim.*

*S. VValpurga  
præfuit utriq;  
Monasterio.*

**E**ni que post mortem fratris sui, sancta & Venerabilis Virgo VValpurgis gubernacula, & regimen regularis disciplinæ in cella Heidenhaimensi, vsque dum vixit, tenuit; & seipsam formam & exemplum bene viuendi cunctis ostendit; tum in Oratorio sororum sibi commissarum, videlicet sanctimonialium, quod sequestratum spatio competenti à cella Monachorum, vt decebat, constructum fuerat; tum etiam in Cœnobio Monachorum, quod frater, dum viueret, inhabitauerat; & in eodem Monasterio omnem excessum strenuè, & vt ita dicam, viriliter correxit; vt si diuersitas sexus non obsisteret, dignè nomē patris mereretur. Tantæ etiam fuit, cum tempus & res ex postulabat, pietatis ac mansuetudinis, & cuncto tempore in omni conuersatione tantæ extitit grauitatis in  
di si.